

docebat ut plane videretur non ambitioni proprie eum studere sed illorum utilitati, nec communicare doctrinam paulatim velle sed universam simul, si fieri posset, infundere. tanta vero arte id agebat; sive magis nature munus erat; tamque dilucide, ut prorsus 5 videretur indocilis, quisquis etiam difficillima ^(a), tradente eo, non caperet. cum igitur in doctrine negotio maximus ex eo fructus haberetur, ac fere omnes, quod futurum videbant et timebant, detestarentur in eo vite mutationem, tamen Iohannes ^(b) papa XXIII, ut doctorum virorum patrocinio se muniret, illum ad se vocatum 10 promovit primo ^(c) in episcopum Florentinum, deinde in cardinalem eque Florentinum appellatum ⁽¹⁾. qui profecto vir, alioquin virtutem eorum parum extimans ^(d), si nichil aliud boni gessit in summo pontificatu, a quo pridem deiectus est ⁽²⁾, saltem hoc extat unum laude dignum, quod quosdam viros excellenti doctrina ad cardinalatus apicem promovit. de quorum numero fuit hic unus, uti loco postremus; nam id quidem considerandi ^(e) ratio poscebat; ita, quod ceterorum ^(f) pace dixerim, primus omnium meritis. neque enim, quod accidere multis solet, assumpto maiore ^(g) statu, minor apparuit aut tanto honori visus est impar; quin ^(h) potius omni se 15 amplitudine dignum, omni sublimitati idoneum videri dedit, ac maximum quenque locum, qui homini docto ⁽ⁱ⁾ et in rebus experto deberetur, implere se posse demonstravit. nam, postquam in hunc gradum venit, ex studiis ^(k) litterarum translatus, ne dicam raptus, in ^(l) curiam, non tanquam qui ex otio tunc primum ad negotia 20 obeunda vocatus esset, sed ut qui semper fuisset in rebus gerendis 25 versatus ^(m), se exhibuit, nec passus est ⁽ⁿ⁾ ut minor tunc forte ^(o) res

vedendo com'egli volesse, non già comunicare loro la propria scienza, bensì infonderla tutti quanta, mirando solo al loro vantaggio, e spiegando ogni cosa colla massima chiarezza.

Onde sempre si temeva che non venisse distolto dalla cattedra; il che però avvenne quando fu elevato al vescovado di Firenze e poi al cardinalato,

da quel Giovanni XXIII, il quale, fra le sue mancavolezze, ebbe questo merito, che promosse al Sacro Collegio alcuni uomini insigni per dottrina; e, fra questi, primo nel merito se non nel grado, fu lo Zabarella.

Salito ad alto stato, non si mostrò impari alla nuova dignità; anzi, pareva degno di qualcivoglio posto che possa coprire un uomo esperto e dotto:

e, pur essendo quasi rapito dallo studio alla Curia, sembrava che avesse spesa tutta la sua vita ne' pubblici negozi,

i quali conduceva

- (a) *BPG* difficile
 (b) *BPG* mutationem causam ^(?)
 (c) *G* primum
 (d) *C Ar V Mur.* om. eorum *G* virtutem coram parum *PG Mur.* existimans
 (e) *B P G C Ar V T* considerandi *Mur.* considerandi
La lezione considerandi può intendersi del papa: considerandi invece allude forse al fatto che lo Zabarella fu preconizzato cardinale diacono.
 (f) *BG* itaque ceter.
 (g) *Mur.* maiori
 (h) *Ar V* et quin
 (i) *Mur.* qui omni docto
 (k) *B T* in studiis *PG* et studiis *Mur.* e studiis
 (l) *Mur.* ad
 (m) *V* conversatus
 (n) *V* est nec minor
 (o) *BPG* tum forte

(1) Cf. l'epist. CXXIII, p. 330 nota 2.
 (2) Giovanni XXIII fu deposto nella decimaseconda sessione del concilio, a dì 29 maggio 1415 (ved. la sentenza di

depositione in MANSI, *Sacrorum Conciliorum nova et amplissima Collectio*, Venetiis, MDCCCLXXXIV, vol. XXVII, col. 715).